

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Deka

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Ad orationem III.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)



Patre procuratum: qui illum & manu sua deduxit, & splendidum ac lautissimum conuiuium instruxit; in quo & virorum cœtus ac mulierum separati fuerunt, & in populos ac ciuitates amplissima sunt munera distributa. Quocirca dubitari non potest, quin prior illa Constantii coniux alia quam Eusebia fuerit. Victor in Epitome: *Ex coniugibus, inquit, quas plurimas sortitus est, præcipue Eusebiam dilexit.* At vulgo primam Eusebiam, secundam & vltimam Faustinam nemo- rant; e qua nata est Constantia postuma, quæ Gratiano nupsit. Ammian. lib. 21. Vide Epistolam ad S. P. Q. Atheniensem pag. 272. D. vbi quænam prior illa coniux fuerit adnotauimus.

Pag. 110. A. lin. 9. καθάπερ ἐν ἔχοντι) διελθεῖν ad ἐκνώμιον pertinere pu- to, vt hic sensus sit: quasi proprium illius præconium instituere ac persequi ne- queamus, de qua hæc habetur oratio.

Pag. 111. D. lin. 10. γελοιώτερον νομίζει) Alia lectio λυπορνεύειν habet. Apud Suidam voce γελοῖον, ita legitur: Καὶ παρρημία, γελοιώτερον ἀπεργάζη τῶν τὰς κέλους λυπορνεύειν ἐπιχειρήτων, ἢ καθάπερ τὸν Μυρμηκίδην ἀντιπροστί- μενον τῇ Φειδῖς τέχνῃ. Quæ verba ex hoc loco translata sunt, sed mendose, vt aliâ multa. Ex quibus tamen scribendum hic videtur, ἢ καθάπερ.

Pag. 112. A. lin. 1. τὸν Μυρμηκίδην) Plin. lib. 7. cap. 21. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit: a quo quadrigam ex eadem materia, (ebore) quam musca integeret alis, fabricatam, ἔσανε, quam apicula pinnis absconderet.

Pag. 113. C. lin. 10. ἐν τῇ σαυτῶ χερδίᾳ) Nihil hac lectione vanius. Coni- ciebam, eam in has voces resoluendam, ἐν νήσῳ Σχεεῖα. Quod Phæacum in- sulæ, siue Corcyræ nomen est. Stephanus. Mox vero ἐθέλησας, pro ἠθέλη- σας legendum.

Pag. 114. D. lin. 1. Ἀθήνησι μὲν ἐν) Illustris locus, & ad prouerbii huius sen- tentiam intelligendam plane necessarius. Illud enim perperam hæcenus explica- tum est. Nec recte Parcemiographus ad stupidum & nullius iudicii hominem refert.

Pag. 117. B. lin. 1. 2. Πυνθάνομαι γὰρ δὴ καὶ Δαρείον) Sylofontis historiam refert Herodotus Thalia. Meminit & Iulianus Epist. 29. pag. 402.

Ibid. D. lin. 3. 4. τῆδε σφόδρα) Scrib. τόδε.

Pag. 118. B. lin. 1. ἢ δὲ ἐπειδὴ) Ammianus: *Qui quidem nefando assentato- rum cœtu urgente perisset, nisi aspiratione superni numinis, Eusebia suffragante regi- na, ductus ad Comum oppidum Mediolano vicinum, ibique paulisper moratus, pro colendi ingenii causa, vt cupidine flagrauit, ad Graciam ire permissus esset.*

Pag. 119. C. lin. 5. τὸν παλαιὸν ἐκείνον Μάσηλα) Pausanias Corinth. Μάση- τι δὲ ἔση πόλις τὸ ἀρχαῖον, καθὰ καὶ Ὀμηρῶ ἐν Ἀργείων καλαλόγῳ πεποίη- κεν, ἐπινείω καθ' ἡμᾶς ἐχρῶντο Ἑρμιονεῖς. Stephano vero vrbs est Argiæ. Ad- dit & paludem eiusdem esse nominis, & pagum.

Ibid. C. lin. 5. 6. τὴν Πειρήνην δὲ αὐτὴν) Quid hic sibi velit, diuinandum est. Pirene quidem fons est ad Acrocorinthum Corintho proximus. A qua tamen haud procul abest Sicyon. Ac Sicyonem a philosophiæ, ac reliquarum artium, maxime poetices, studio commendare videtur. Nam per eadem tempora sapi- entię professorum fama & auctoritate ciuitas ista floruit. Siquidem Themistius Orat. 14. Iamblichi discipulum quendam mirifice collaudat, qui sua ætate, hoc est, etiam Iuliani ipsius, philosophiæ scholis summa cum dignitate præfuerit.

